Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

enim cor poplj illius; sed interpretatio nominis hoc
idem sonat; meen nec enim interpretat quid est
hoc; uide si non ipse nominis usus addiscendum
te prouocet. ut cum audis legem di recitari. inqui
rere semp & interroger & dicar doctorib; quid
hoc:. hoc enim est quod indicat mannae; Tu
ergo si uis manducare mannae. id est si capis si suscipis
uerbum di. sed illud minutum ee. & ualdde subtile
sicut semen coriandri; habet enim aliquid in se
& holeris quo nutrire & recreare possit infirmos.
quia qui infirmus est holera manducat.: habet
aliquid & rigoris. & ideo ut pruinae. candoris
autem & dulcedinis habet plurimum;. Quid
enim candidius quid splendidius eruditione di
uina. quid dulcius quidue suauius eloquia dni
quae sunt supra mel & fauum. sed quid est quod
dicit ut in die sexto duplum colligant in repositio
ne. quantum sufficiat & in sabbato. hoc secdm
pnem intellegentiam non otiosi nec securi prae
terire debemus; sextus dies est haec in qua nunc
sumus uitae; In sex enim diebus dr fecit hunc mun
dum:. ha ergo die tantum reponere debemus
& recondere quantum sufficiat & in futuro
die; si quidenim hic boni operis adquirere